

Cambridge University Press

978-1-108-04260-4 - Eulogium: Chronicon ab Orbe Condito Usque ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 3

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

EULOGIUM HISTORIARUM SIVE TEMPORIS.

CAP. LXXIX.

VENIENTIBUS nepotis¹ de terra Armorica, scilicet, Of the Saxon kings. Yuor filius Cadwaladri² et Yne nepos ejus cum magna classi portum Sillie applicuerunt, fatigati³ in mare⁴ per v. dies quieverunt, qui⁵ tandem Saxones infestantes minimum lucraverunt.⁶ Yuor vero in congressu cum Saxonibus mortuus est. Yne nutu Divino Ini of Wessex. A.D. 688. non quasi Britonus⁷ sed quasi Saxo in regem est unctus, nam mater ejus de stirpe Saxonica generata est, pater ejus Kenten de stirpe Britonum est oriundus. Yne autem regnavit xxxvii. annis et tandem Romæ Dies at Rome. mortuus est. Ferunt quidam quod, ipso moriente, campanæ per totam civitatem sine tactu humano per III. horas pulsarunt⁸ et ideo ipsum autumant esse sanctum.

Tempore enim⁹ quo¹⁰ Athelbrith¹¹ in Orientali

¹ *nepotis*] nepotibus. B.D.

² *Cadwaladri*] Interlined in A.

³ Nota. in marg. A.D.

⁴ *mare*] mari. B.D.

⁵ De Rege Yne. in marg. D.

⁶ *lucraverunt*] lucrati sunt. D.

VOL. III.

⁷ *Britonus*] Brito. B. the *nus* erased.

⁸ *pulsarunt*] pulsaverunt. B.D.

⁹ *enim*] autem. D.

¹⁰ *quo*] Q. A. the usual contraction for *quod*.

¹¹ *Athelbrith*] Ethelberth. D.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04260-4 - Eulogium: Chronicon ab Orbe Condito Usque ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 3

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

A.D. 642. Saxonia¹ regnavit² et Edelfrid³ in Deira, occisus est Sanctus Oswaldus⁴ per regem Canciæ Cadwallonem et Peandam regem Merciorum. Peanda vero occisus est ab Oswyo fratre Oswaldi anno regni sui XXII.⁵ Occisus est Sanctus Oswaldus Dominicæ Incarnationis anno DCXLII, Theodoro papa super ecclesiam triumphante.

Death of Oswine of Deira. A.D. 651. Sanctus autem rex Oswinus martyrizatur in regione Loidis,⁶ anno Domini D.CLI, regni sui XVII., et in quodam rupi⁷ super mare honorifice humatus, ubi non cum minima monachorum multitudine ad Dei honorem veneratur et colitur multis miraculis coruscando; locus autem sepulturæ Tynemutha vocitatur.

Wulfheri of Mercia. A.D. 657. Rex autem Oswy anno primo regni⁸ sui Peandam occidit in vere sequenti; duces vero gentis Merciorum filium regis Peandæ Wlfher⁹ nomine in regem statuerunt et Northumbros fugaverunt.

Offa. A.D. 757. Eo anno quo rex Oswyn occisus est Aydan episcopus Dunelmæ mortuus est. Accidit autem quodam quidam rex Angliæ, nomine Offa, plures regulos sibi subjugavit. Reguli enim¹⁰ tunc erant in Mercia, in Deira,¹¹ in Vestseax,¹² Estengle, scilicet, Cancia, Suthseax,¹³ Cornubia, Northumbria; et tandem orta est tanta dissensio inter regulos quod ille qui fortis fuit opprimebat debilem; tandem Offa super omnes militabat.

¹ *Saxonia*] Saxona. B.D.

² *regnavit*] regnabat. B.D.

³ *Edelfrid*] Edelfrith. B.

⁴ Sanctus Oswal[dus]. in marg. A. the remainder having been cut off in binding. Sanctus Oswaldus. in marg. D.

⁵ *xxii.*] 21. D.

⁶ Sanctus Oswinus. in marg. A.D.

⁷ *rupi*] rupe. B.D.

⁸ *regni*] A short erasure follows in A.

⁹ *Wlfher*] Wlfer. B.D.

¹⁰ *enim*] om. B.D.

¹¹ *Deira*] Deyra. B.D.

¹² *Vestseax*] Westsex. B. Westsex. D.

¹³ *Suthseax*] Suthsex. B.

Cambridge University Press

978-1-108-04260-4 - Eulogium: Chronicon ab Orbe Condito Usque ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 3

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

EULOGIUM HISTORIARUM.

3

CAP. LXXX.¹

OFFA itaque militante ingruebat magna discordia inter Osbrith regem Northamhymbrorum et quendam ducem regni sui, Buern nomine. Hic autem munimen habuit in litore maris ad inimicos expellendos, si qui supervenirent. Ipso existente in wardo maris venit rex Osbrith et vi oppressit uxorem ducis Buern magnatis sui. Buern vero de mari veniente videns² vultum uxoris suæ in moestitia et tristitia conversum, quod ante illud jocunditatem et hilaritatem sibi ostendebat, ultra modum mirabatur et causam diligenter quæsivit. Illa autem causam revelans et nihil celans consolata est a viro suo promittens³ se vindicari ab⁴ illa ingratitude et injuria⁵ sibi illata. Dux autem intra se cogitans et mortem regis machinans navigium paravit et Danemarchiæ adivit, et auxilium a rege flagitavit, et omnia injuria sibi illata palam propagavit.

Story of Osberht of Northumbria and Buern Butsecarl.

Buern seeks aid of the Danes.

Rex autem Danemarchiæ, Godrik nomine, audita querela illius ducis, lætatus est valde ob quod querelam habere posset ad Angliam invadendam, promittendo duci se bene de rege Osbrith vindicari; erat enim Buern⁶ de parentela regis Danorum. Jam parant navigia, jam adunant cœtus, jam homines et arma parant, quibus paratis rex Godrik constituit duos fratres ad principandum super illa turma; nomina fratrum, Yngwar⁷ et Ubba.

Guthorm promises assistance.

Invasion of Hingwar and Hubba.

¹ De Rege Offa. præm. B. in rubric as a heading. Many of the succeeding chapters in B. have similar headings which have not been more particularly noticed as being unimportant. It is a marginal note in D.

² *veniente videns*] *veniente et vidente*. B. *veniens et videns*. D.

³ *promittens*] *promittente*. B.D.

⁴ *ab*] *de*. D.

⁵ *injuria*] *injuriosa*. B. the os interlined by a later hand.

⁶ *Buern*] Interlined in A.

⁷ *Yngwar*] *Ynguar*. B.

Cambridge University Press

978-1-108-04260-4 - Eulogium: Chronicon ab Orbe Conditio Usque ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 3

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

CAP. LXXXI.

A.D. 866. **DISPOSITIS**¹ itaque turmis naves intrant, mare sulcant, vela levant, venti flant, prosperum litus arripiunt, terram Anglicanam intrantes homines cædunt et occidunt, villas et oppida destruant et comburunt,

A.D. 867. mulieres et infantulos tormentis dilaniant et afficiunt, totam patriam depopulant. Incedentes itaque per Holdernes² Eboracum adeunt, civitatem obsident.

Rex vero Osbrith³ parva manu suorum villam exiens bellum cum Danis inivit, ille autem non valens resistere in congressu occisus est cum tota sua familia, et statim civitas Danis reddita est.

Erat enim illo⁴ tempore in Northumbria quidam rex electus, nomine Elle, per consensum totius patriæ, regem vero Osbrith omnino renuntiantes. Ille tandem audiens de morte Osbrith per Danos et de civitate capta, et de vastatione patriæ, cœtum congregat, turmam adunat, Eboraco adiit. Danis igitur de civitate exeuntibus contra Elle regem bellum non longe a villa committunt, in una pratella quæ usque in hodiernum diem Ellecroft vocitatur.

A.D. 868. Rege autem Elle occiso, procedunt Dani Northumbriam et illam dirimunt et devastant; positis ibidem custodibus, procedunt Dani usque Lincolniam et Lindeseyam⁵ et ad Snotyngham,⁶ et ibi morantur per totam hyemem; familia autem illorum⁷ in Holand morabatur. Nulla enim patria est qui⁸ eis possit resistere.

¹ *Dispositis*] The *si* interlined in A.

² *Holdernes*] Holdernesse. B.

³ *Osbrith*] Interlined in A. Osbryth. B. passim.

⁴ *illo*] in. præm. B.

⁵ *Lindeseyam*] Lyndeseyam. B.

⁶ *Snotyngham*] Notyngham. D. There is an erasure before the initial *N*, apparently, however, of the parchment merely, as the trace of any obliterated letter is not discernible.

⁷ *illorum*] eorum. B.

⁸ *qui*] quæ. B.D.

Cambridge University Press

978-1-108-04260-4 - Eulogium: Chronicon ab Orbe Conditio Usque ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 3

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

EULOGIUM HISTORIARUM.

5

Tandem Pagani omnem terram destruentes et eis A.D. 870.
 subjicientes venerunt ad villam de Tetford, ubi sedes They proceed to
 episcopalis tunc inerat, et ibi per III. dies morati sunt. Tetford.
 Ibi enim invenerunt unum regem Christianum, nomine
 Edmundum, qui adversus eos congregiendi nihil pro-
 fuit, et Dani regem fugantes usque ad unum de cas-
 tris suis eum insecuti sunt obsidendo.¹ Rex vero de
 castro latenter exiens in cuneum Danorum, non tamen
 sicut rex se manifestavit; obviantem autem² illo
 Paganis petitus est si de castro venisset; ille etiam
 econtra³ dixit: Sic; et illi: Vidistisne⁴ regem Ed-
 mundum? Et ille: Me existente in castro, ille ibi
 interfuit; me discedente, Edmundus discessit, et ego
 discessi; si Edmundus evadat vel non ad voluntatem
 Dei relinquatur. Pagani nomen Dei ipsum ita fre-
 quenter audientes monstrare⁵ crediderunt ipsum fuisse
 Christianum, et injecentes⁶ manus in eum tenuerunt,
 et ipsum tentum firmiter ligaverunt. Medio enim
 tempore agnitus est quod rex fuerat Edmundus; ipsi
 autem illum⁷ aggredientes ut Christianitatem relin-
 queret, et sectam illorum imitaret, ipse omnino re-
 nuens⁸ et⁹ citius morti se tradens quam legem Dei
 sui in aliquo offendere.

Dani vero constantiam ejus prætendentes¹⁰ regem Martyr-
 Edmundum ceperunt et ad unum¹¹ quercum, ut dicitur, dom of S.
 ligaverunt, et sagittarii ipsum ita sagittis infixerunt Eadmund
 quod citius diceretur ericius plenus spinis quam corpus of East
 humanum; non enim desistebat nomen Domini inces- Anglia.
 santer clamitare; ipso itaque perforato quod jacula 20 Nov.

¹ De rege Edmun[do]. in marg.
 A. the remainder having been cut
 off in binding. De Rege Edmundo.
 in marg. D.

² autem] om. B.D.

³ econtra] om. D.

⁴ Vidistisne] Vidistine. B.D.

⁵ monstrare] nominare. B.D.

⁶ injecentes] injicientes. B.D.

⁷ illum] ipsum. D.

⁸ renuens] renuit. B.D.

⁹ et] om. D.

¹⁰ prætendentes] videntes. D.

¹¹ unum] unam. D.

Cambridge University Press

978-1-108-04260-4 - Eulogium: Chronicon ab Orbe Condito Usque ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 3

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

A.D. 870. jaculis locum dabant, ipsum ultimo decapitabant. Edmundus autem.¹ rex erat Northfolchiæ et sicut historia sua plenius enarrat² reddidit Deo talentum sibi creditum cum lucro.

A.D. 871. Danis itaque insanientibus usque³ Radyng pervernerunt. Civitates, villas, oppida, et frugifera, homines utriusque sexus dilaniantes, non resistantiam invenientes priusquam veniret Eldulf, rex Uest-Saxonum, cum magna feritate eis in⁴ obviam. Ingwar⁵ vero et Ubba⁶ de villa de Radyng exeuntes congressum cum rege Eldulf inierunt.⁷ Congressu inito, occisus est quidam dux nobilis de Danis, nomine Sidrac,⁸ pro quo Pagani multum ulularunt.

Postera deinde⁹ die venit rex Eldred et frater ejus Alured ad regem Eldulfum, qui omnes cum Danis congressi sunt, et illo die Danis remisit victoria. Quarto die sequenti¹⁰ iterum congressi sunt in campo de Ellendoun¹¹ anno Domini¹² et ibi occisus est quidam rex Danorum nomine Rothenger¹³ et IV. comites magni valoris, et fugati sunt usque ad Engelfeld;¹⁴ post XV. dies iterum pugnarunt¹⁵ apud Basynges, ibi enim triumphabant Dani et Saxones fugati sunt. Iterum mense elapso pugnatum est apud Merton,¹⁶ et ibi triumphabant Dani et Angli fugati.¹⁷ Dehinc¹⁸ versus est unus magnus tyrannus Danorum, nomine Royn. Hic adivit Radingiæ et omnem civi-

¹ *autem*] enim. B.D.

² *enarrat*] narrat. D.

³ *usque*] ad. add. B.D.

⁴ *in*] om. B.D.

⁵ *Ingwar*] Inguar. B.

⁶ *Ubba*] Hubba. D.

⁷ *inierunt*] The second *i* interlined in A.

⁸ *Sidrac*] Sydrac. B.D.

⁹ *deinde*] om. B.D.

¹⁰ *sequenti*] sequente. B.D. corrected in B. from *sequenti*.

¹¹ *Ellendoun*] Ellendon. B.D. corr. Escendune.

¹² The date is left blank in A.B.D.

¹³ *Rothenger*] The Anglo-Saxon

th "hard" in A.D. Royenger. B.

¹⁴ *Engelfeld*] Egenfeld. B.

¹⁵ *pugnarunt*] pugnaverunt. B.D.

¹⁶ *Merton*] Merton. B.

¹⁷ *fugati*] sunt. add. B.D.

¹⁸ *Dehinc*] The first word of f. 47 v. A. headed: De Rege Aluredo.

Cambridge University Press

978-1-108-04260-4 - Eulogium: Chronicon ab Orbe Condito Usque ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 3

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

EULOGIUM HISTORIARUM.

7

tatem devastavit, ecclesias et monasteria humi prostravit. Rex autem Eldred ei obviavit in congressu et vulneratus est ibi, de quo in brevi tempore postea interiit, et ad ¹ Wonborne ² est sepultus; quinque enim annos ³ regnavit.

A.D. 871.
Death of
Aethelred.
23 April.

CAP. LXXXII.

MORTUO Eldredo, Aluredus frater ejus regnavit pro eo. Dani autem audientes novum regem consecratum paraverunt se ad proelium et ad Wiltoun ⁴ novum regem invenerunt. Rex autem Aluredus nihil cogitans de pugna aufugit in Westseax ⁵ et maximum ⁶ numerum bellatorum de suo regno adunavit, et Danos viriliter insecutus est. Dani vero videntes se novo regi non posse resistere datis obsidibus pacem petierunt, sub tali conditione quod de patria ista discederent et nunquam reverterent.

Aelfred the
Great.

Defeated at
Wilton.

Dani igitur habita licentia a rege de patria ista recedere ita festinanter sunt itinerati quod nunquam cessarunt priusquam ad Exoniam venti sunt. Ipsi ibidem venientibus vi et armis villam ceperunt, et ibidem morati sunt. Rex vero ista nova audiens ad Exoniam cum parva manu hominum et cum obsidibus se direxit. Dani eventum regis audientes reversi sunt in Estsax, ⁷ Aluredus autem Danos praeivit et ad ⁸ Chippenham congressi sunt; ibi enim occisus est Ubba rex Danorum, et Buerna dux Deiræ, ⁹ et Borganus Danus, et multa milia ceciderunt ex utraque

A.D. 876.
The Danes
take
Exeter;

A.D. 877.
Aelfred
proceeds to
Exeter;

Battle at
Chippen-
ham.
Death of
Hubba.

¹ *ad*] apud. D.

² *Wonborne*] Womborñ. B. Wymborne. D.

³ *annos*] Interlined in A. annis. B.D.

⁴ *Wiltoun*] Wyltoñ. B.D. 769. in marg. B. in hand (α).

⁵ *Westseax*] Westsex. B.

⁶ *maximum*] maximū. A.

⁷ *Estsax*] Estsex. B. Estseax. D.

⁸ *ad*] apud. D.

⁹ *Deiræ*] Deyræ. B.D.

Cambridge University Press

978-1-108-04260-4 - Eulogium: Chronicon ab Orbe Conditio Usque ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 3

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

A.D. 877. parte, sed victoria Danis remisit. Dani vero corpora suorum occisorum sepelientes¹ et corpus Ubbæ inveni- entes magno mœrore perculsi sunt. Ipsum vero sepe- lierunt more Paganorum; fecerunt magnum² struem lapidum vel quod in vulgo dicitur, congeriem, quod usque in hodiernum diem vocatur Ubbeslawe, quod³ est in Deuonia.

Ubbes-
lawe.

A.D. 878. Rex autem Aluredus congregans cœtum copiosum de comitibus, baronibus, militibus,⁴ et pedestribus, et⁵ per II. dies et noctes insecuti sunt Danos⁶ et tandem juxta Abindon⁷ inventi sunt. Ibi enim commissum est bellum quod homines nescirent de qua parte major strages facta fuerat; tandem enim nutu Divino Anglis remisit victoria. Rex autem Aluredus per xv. dies ita Danos insecutus est quod nescirent qua parte di- verti;⁸ insuper regem eorum, Gordinum nomine, amise- runt per quindenam.

Battle of
Ehandune
(Eding-
ton).

The Danes
pray for
peace. Dani quoque de guerra fatigati pacem petierunt. Rex autem Aluredus pacem eis firmam concessit, si Christianitatem gratis vellent accipere; illi vero spon- dentes et regem eorum⁹ amissum quærentes tandem invenerunt et regi Aluredo præsentaverunt; ille enim¹⁰ apud Westmonasterium baptizatus est et Athelstanus

Baptism of
Guthorm. vocatus, qui prius fuerat Gordinus nominatus.¹¹ Bap- tizati sunt etiam cum eo xxxvi. de validioribus Danor- um; tertia enim die universus populus eorum¹² qui remanserat¹³ baptizati sunt, et per dies XII. cum rege

¹ *sepelientes*] sepelierunt. D.² *magnum*] magnam. B.D.³ *quod*] quæ. B.D.⁴ *militibus*] equitibus. D.⁵ *et*] om. B.D.⁶ Nota. in marg. A.D.⁷ *Abindon*] Abyndon. B. Ab- ingdon. D.⁸ *diverti*] deberent. add. B.D.⁹ *eorum*] om. B.D. This is the first word in f. 48. A. headed: De rege Aluredo.¹⁰ *enim*] om. B.¹¹ *nominatus*] vocatus. D. De baptismo regis Danorum. in marg. A.B.D.¹² *eorum*] om. D.¹³ *remanserat*] remanserunt. B. remanserant. D.

Cambridge University Press

978-1-108-04260-4 - Eulogium: Chronicon ab Orbe Condito Usque ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 3

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

EULOGIUM HISTORIARUM.

9

Londoniis perhendinantes cum magno honore et mu- A.D. 878.
neribus ditati remearunt ad propria.

Tempore istius Aluredi¹ Johannes Scottus venit de² Johannes
rege Franciæ in Angliam et Malmesburiæ moratus Scotus.
est, et ibidem, ut ferunt,³ sub se habens⁴ discipulos
eruditionis causa, qui vir peroptime fuerat⁵ literatus,
a condiscipulis suis grafis eorum stimulatus inter eos
interiit, et sic volunt quidam ipsum esse martyrem.
Anno Domini DCCLXXII.⁶ Iste Aluredus diem et noc- Aelfred's
tem in XXIII. horis dividebat, secundum Bedam, per division of
candelam ardentem in capella sua die et nocte. Octo the twenty-
enim horas in labore corporali circa regni negotia, four hours.
octo in legendo et scribendo et docendo, quia vir
literatus in scientia, octo in orationibus faciendis et
in eleemosinis; semper enim habebat librum in sinu
quod⁷ ipse vocabat manuale, quod⁷ Anglice vocabat
handbok; quidam dicunt hoc⁸ fuisse Psalterium.

Rex iste regnavit xxxii. annos. Hic fecit libros His "hand-
de gestis Britonum, Saxonum, Anglorum, et post book."
obiit et⁹ Wyntonæ est sepultus, anno Domini DCCC. His works.
primo. A.D. 901.
His death.
26 Oct.

CAP. LXXXIII.

MORTUO Aluredo, filius ejus Edwardus¹⁰ regnavit Edward
pro eo. Tertio anno regni¹¹ sui venerunt Pagani de the Elder.
Africa, qui prius extiterant in Anglia cum Gurmundo A.D. 901.
de Africa; Willielmus Malmesburiensis vocat eum

¹ *Aluredi*] Alueredi. A. the first *e* subpuncted. De Johanne Scotto monacho. in marg. A.D.

² *de*] a. B.D.

³ *ferunt*] fertur. B.D.

⁴ *habens*] habuit. B.D.

⁵ *fuerat*] fuit. B.D.

⁶ The date given in Lib. iii. is A.D. 876.

⁷ *quod*] quem. B.D.

⁸ *hoc*] illum. B.D.

⁹ *obiit et*] om. B.D.

¹⁰ De rege Edwardo. in marg. A. D.

¹¹ *regni*] regni. A.

Cambridge University Press

978-1-108-04260-4 - Eulogium: Chronicon ab Orbe Condito Usque ad Annum Domini

M.CCC.LXVI: A Monacho Quodam Malmesburiensi Exaratum: Volume 3

Edited by F.S. Haydon

Excerpt

[More information](#)

- A.D. 901. Gudrum. Isti associaverunt se Danis Norhamhimbriæ, qui conglobati per totam fere Angliam Christianitatem vastaverunt. Rex vero Edwardus impotens eis fecit treugas,¹ quod² parvo tempore duravit;³ medio enim tempore anno regis Edwardi XXIII. obiit idem rex et Wyntonie juxta patrem suum sepultus est; anno Domini DCCCXXV.⁴
- A.D. 924. His death.

CAP. LXXXIV.

Aethelstan. EDUARDO mortuo Athelstanus filius ejus regnare
A.D. 924. cepit. Hic anno III. regni sui cum Pictis de Cumberland et de⁵ Westmerland viriliter⁶ debellavit et superavit et duos reges de Northumbria Paganos de patria fugavit. Nomen unius Haumondus, nomen alterius ignoratur. Hic etiam contra Pictos et Scottos plura bella⁷ commisit; anno regni sui XII. congressus est cum rege Norhumbrorum,⁸ Arnalafu nomine, apud Donelew⁹ in Wilthschire.¹⁰ Ibi¹¹ enim tot ceciderunt Pictorum, Scottorum, Danorum, quod numerari non possent; ceciderunt autem¹² ibi duo nepotes regis¹³ Athelstani, scilicet, Elwyn et Athelwyn. Gesta autem Britonum dicunt Angelum de cælo missum gladium suum de manu sua lapsum incontinenti regi dedisse. Sancta autem crux quod¹⁴ circa collum suum in bellis¹⁵

Battle of
Donelew.
A.D. 938.

¹ *treugas*] *treugas*. B.

² *quod*] *quæ*. B.D.

³ *duravit*] *duraverunt*. B.D.

⁴ *Anno DCCCXXV.*] Apparently added in A. subsequently to the context by the author.

⁵ *de*] *om.* B.D.

⁶ *De rege Athe[.]stano.* in marg. A. the *l* having been cut off in binding. The chapter is headed in rubric in D.

⁷ *plura bella*] *bellum*. B.

⁸ *Norhumbrorum*] *Northamhimb-
brorum*. B. *Northanhymborum*. D.

⁹ *Donelew*] *Dunlew*. B.

¹⁰ *Wilthschire*] *Wyltshyre*. B.D.

¹¹ *Ibi*] The first word of f. 48 v. headed: *De Rege—Athelstano* is continued on the top of f. 49.

¹² *autem*] *om.* B.D.

¹³ *regis*] *om.* B.

¹⁴ *quod*] *quam*. B.D.

¹⁵ *in bellis*] *om.* B.D.